



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

323. Feria 2. de Oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Dominica. 22. post Pentecost. 367

perfectionem admittuntur, qui sibi propo-
nunt perfectionis bonum, non ut jam ac-
quisitum, sed acquirendum, propterea quod
in hac vita excessus, & defectus nunquam
satis tolli possint. Unde consequitur, quod
ad perfectionem conducat fervor: quia ipse
faicit impeccabilem etiam venialiter, ipse
difficultates à natura & dæmone ingestas
penitit, ipsius effectus sunt diu, sapientia, fa-
cile, vehementer operari: causæ fervoris
sunt agitatio, estimatio, gratia, cooperatio,
complexio, unde quæunque Deo placent,
exequamur, & frequentatio sanctissimæ Evi-
charistie, juxta illud D. Chrysost. Homil. 45.
in Joann. & 61. ad pop. Matih. 17. Hic san-
ctus facit, ut imago in nobis regia floreat. Petam
cum Domino IESU odisse, & exuere omnem
imaginem imperfectionis, qui noluit accipere
faterem, ut ait Origenes: ne sit aliquando
imago Cesaris apud imaginem invisibilis DEI.

MEDITATIO CCCXXIII.

Feria 2. Dominica 22. post Pentecosten.

De Oratione.

A spiciam Dominum IESVM multò am-
plius, quam illud incensum odoramen-
torum ab Angelis DKO præsentatum, in
Oratione sua sancta redolentem. Petam do-
num Orationis, & dicam cum Discipulis:
Domine, doc me orare. Conf.

568 Feria 2. Dom. 22. post Pentecost.

Conf. 1. Studium Orationis, & coniunctionis cum Deo, Domini Jesu. Quid est, quod Filius Dei, qui nunquam cessabat ab intuitu essentiae divinae, tamen secedit ad orandum? Da mihi Deus orare, quo modo, & quo fervore orabat Filius tuus, qui illud studium Orationis coluit ad exemplum nostrum, & honorem aeterni Patris. Fuit Orationis Christi plena Fidei, cum extensa compositione corporis, gratiarum actionia, peccatoria, obsecratoria, impetratoria, erat diebus docens in templo, noctibus vero exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliveti. Eandem docebat, ejusque necessitatem, ipseque in eum finem rogari, & adorari voluit; negotijs majoribus Orationem praemittrebat, ut prædicationi suæ, electioni Apostolorum, ante tentationem diaboli longa se Oratione præparavit, in tempore tribulationis orabat, ante honores, ante responsionem majoris momenti, ante cibi sumptionem, omnia per Orationem ad Deum dirigebat. Amabo hoc orandi studium. 1. Quia Beatorum hic status laudare Deum. 2. Quia Deus vult a nobis orari, & in eo delectatur: Nobis autem quantæ voluptati debet esse ista dignatio, quod admittamus in conspectum tantæ Majestatis.

Conf. 2. Ex locis, in quibus Christus oravit,

Feria 3. Domin 22. post Pentecost. 569

vit, tria nobis commendavit in oratione.
1. Religionem, orando in templo. 2. Solitudinem, orando in deserto. 3. Silentium, orando nocturnis horis, quibus maximè silentium vigere solet. Imitabor 1. libenter, & frequenter visitando V. Sacramentum, & orando in templo, tum propter efficaciam orationis, quam habent templa ex sua consecratione, tum propter præsentiam Christi in V. Sacramento, tum propter reverentiam, & exemplum. 2. Solitudinem cordis servando, exclusis omnibus impertinentibus cogitationibus tempore orationis 3. Noctu vigilans suspirando ad Deum, & tempore suo statim surgendo ad orandum.

MEDITATIO CCCXXIV.

Feria 3. Domin. 22. post Pentecost.

De Meditatione.

A spiciam Dominum JESVM mentali orationi deditum per 40. dies in deserto, velut in cella vinaria, unde ebrietas affluum consequitur. Petam cum imitari.

Conf. 1. Meditatio est rerum Fidei attenta, & humilis investigatio, ut ejus præsidio moveamur ad fugam malorum, prosecutionem bonorum.

Conf. 2. Incitamenta 1. sicut cibus indigestus non nutrit, ita mysteria Fidei credita, non